

Johann Bacmeister    Georg Friedrich Rall

## **Disputatio Medica Inauguralis De Cachexia**


Rostochii: Kilius, 1658

**<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730120678>**

Druck    Freier  Zugang



R U med. 1658/a. 1-2  
Johann Baumeister, Praes.  
Georg Friedrich Rall, Resp.



*Q. B. V.*  
TATIO MEDICA  
NAUGURALIS  
DE  
CHEXIA.

*Quam*  
eo feliciter adnuente,  
reto Nobilissimi & Amplis-  
simum in alma ROSARUM ordinis  
PRÆSIDE

*lissimo, Amplissimo, Excellentissimo  
atq; Experientissimo*

ANNE BACMEISTERO,  
Anatom. & Chirurg. Professore P.  
o, Facultatis suæ Seniore venerando,  
DECANO admodum spectabili,  
ptore, Promotore atq; Fautore  
uo ætatem observando,

pro impetrandâ  
arte Medicâ honores & privile-  
CTORALIA obtinendi  
LICENTIA,

publico & placido examini sistit  
RG FRIDRICH RALL,

Pomeranus,  
V. KL. Aug. Anno cl<sup>o</sup> l<sup>o</sup>c LIIIX;  
te- & postmeridianis loco consueto.

pis Hæredum NICOLAI KILII, Acad. Typ.

27



2. B. V.  
DISPUTATIO MEDICA  
INAUGURALIS  
DE  
CACHEXIA.

Quam  
Deo feliciter adnuente,  
Jussu & decreto Nobilissimi & Amplis-  
simi Medicorum in almâ ROSARUM ordinis  
PRÆSIDE

*Viro Nobilissimo, Amplissimo, Excellentissimo  
atq; Experientissimo*

DN. JOHANNE BACMEISTERO,  
Medicinar. D. Anatom. & Chirurg. Professore P.  
famigeratissimo, Facultatis suæ Seniore venerando,  
& p. r. DECANO admodam spectabili,  
Dno Præceptore, Promotore atq; Fautore  
suo ætatem observando,

pro impetrandâ  
summos in arte Medicâ honores & privile-  
gia DOCTORALIA obtinendi  
LICENTIA.

publico & placido examini sistit  
M. GEORG FRIDRICH RALL,  
Pomeranus,

Habebitur IV. KL. Aug. Anno cl<sup>o</sup> l<sup>o</sup>c LIIIX;  
horis ante- & postmeridianis loco consueto.

---

Rostochii, Typis Hæredum NICOLAI KILII, Acad. Typ.



GENEROSIS, MAGNIFICIS, NOBILISSIMIS  
ET MAXIME STRENUIS DOMINIS,

DN. ANDREÆ GYLDENKLAU,  
S.<sup>æ</sup> R.<sup>æ</sup> M.<sup>tis</sup> Sveciæ per Pomeraniam Status & Ar-  
chidicasterii Præfidi eminentissimo, Hæreditario Do-  
mino in Schonela, Ekeby, Gillinge & Hütterstadt.

DN. HENRICO COELESTINO  
von Sternbach/S.<sup>æ</sup> R.<sup>æ</sup> M.<sup>tis</sup> in Pomeraniâ Cancel-  
lario ac Consiliario Status splendidissimo, Domino  
Hæreditario in Scheningen & Pargau.

DN. SIMONI MATTHÆI von Ro-  
senhand/S.<sup>æ</sup> R.<sup>æ</sup> M.<sup>tis</sup> Consiliario Regiminis per  
Pomeraniam gravissimo.

DN. PHILIPPO CHRISTOPHORO  
von der Lancken/S.<sup>æ</sup> R.<sup>æ</sup> M.<sup>tis</sup> Consiliario Status  
spectatissimo, Hæreditario Domino in Zirkewitz  
& Wolnik.

Dominis, Promotoribus, atq; Fautoribus  
suis benignissimis, Exercitium hoc Inaugura-  
le in ulteriorem Studiorum suorum favorem  
sacrum esse jubet

AUTOR.





## Q. B. V.

**S**icut indies subcrefcit hominum  
luxuriosa intēperantia, ita quoq;  
ob hanc caufam nova non folum  
fæpe obfervantur & majoribus  
nofttris incognita morborum ge-  
nera, fed & ea quæ olim curatu  
fuerunt facilia, hodie plerumq;  
tam pertinacia obfervantur, ut  
præfentiffimis etiam medicamentorum præfidiis vix  
poffint debellari & funditus extirpari. *Una gula omnium  
prope morborum eft mater, etiam fi alius genitor, ut habet  
Fernel. Patbol. l. 1. c. XI. p. m. 375.* imò intemperantiam  
paulò poft idem Medicorum nutricem non inlepidè  
pronuntiat. Veteres fimplici utebantur cibo, nec per  
artem voluptatemq; corrupto, hinc folidiora etiam &  
à morborum infultu tuta magis habebant corpora.  
Hinc nec tam operofa illorum erat Medicina. *Fuit hæc  
quondam paucarum fcientia herbarum, quibus fifteretur flu-  
ens fanguis, vulnera coirent paulatim; Deinde in hanc per-  
venit tam multiplicem varietatem, fcribente Sapientiffi-  
mo Seneca Epift. 95. p. 362.* Hodie non folum multi i-  
demq; diverfiffimi unà cænà adponuntur cibi, fed fæ-  
penumero ab alio etiam tole inportantur, quafi natura  
non fatifcuilibet regioni de neceffariis profpexiffet



alimentis, hinc multos morbos multa fecerunt fercula, imò in cenà fit quod fieri debebat saturo in ventre. Innumerabiles igitur morbos non miraberis, eoquos numeras, prout suavissimè hac de re differit Stoicorum princeps l. c. Inter cætera, quæ ob gulæ vitium hominibus obvenire solent mala, non postremum meretur locum adfectus iste quem καχεξία græco dicimus vocabulo. Hunc in præsentiarum Exercitii inauguralis loco paulo altius speculabimur. Duobus autem qs. summis capitibus omnem nostram tractationem comprehendemus, inquisituri primò in veram hujus adfectus cognitionem, & deinde curationē subnexuri. Deus fortunæ captum!

Th. I.

**P**Ræfens adfectus græcis καχεξία, Latinis eadem vocis potestate *malus corporis habitus*, vel si mavis abstractivo vocabulo *vitiositas in habitu corporis* appellatur. Sumiturq; potissimum dupliciter 1. *late & generaliter*, pro omni habitu corporis in pejus mutato, sive universaliter totus corporis habitus mutetur, sive quod plerumq; fieri solet, facies præcipue mutata conspiciatur, quomodo id in Ictero, Elephantiasi, lue venerea & aliis adfectibus videre est. Opponitur ei εὐεξία seu bonus corporis habitus, sanitatis, præsertim constantis & firrioris comes, unde καλὴ εὐεξία aliquando de habitu corporis athletico dicitur. 2. *Specialiter & strictè*, notatq; habitum corporis, inprimis faciei decoloratam, pallidum vel plumbeum & subtumidum, uti statim ex definitione adparebit.

II. Cachexia hoc modo nobis definitur, quod sit decoloratio habitus corporis cū aliquali tumiditate & mollitie à depravata nutritione orta.

III. Tria involvimus in hac definitione, formam scilicet adfectus, subjectum proximum, & causam proximam. *Forma* exprimitur decoloratione. Florido enim corporis colore deperdito, partes solent albere, pallere, aut ex albo livescere, imò verò mollitiem  
insuper

insuper & tumiditatem aliquam præ se ferunt. Ex quo equidem facile colligitur, præsentem hunc adfectum ad Symptomatum classem referendum venire, adeoque esse Symptoma in simplici corporis adfectu, seu qualitatibus mutatis, quippe hic qualitates tum visibiles tum tactiles mutantur. Quod si alicui alio respectu adfectum hunc morbis adnumerare lubeat, cum eo non litigabimus, quippe idem, si adsit diversus considerandi modus, posse esse morbum, morbi causam & Symptoma aliàs constat. *Subiectum* seu *pars adfecta* est habitus totius corporis, quò nomine non solum partes extremæ quæ oculos incurrunt, ut cutis & carnosæ seu musculosæ partes, sed & interiores intelliguntur, quæq; oculos non incurrunt. *Causam proximam* dicimus depravatam nutritionem. Constabit id ex jam dicendis.

IV. Causa sunt trium generum. Alia proximè cum adfectu conjungitur, eundemq; fovèt, & propterea dicitur *αυτεχαστη* seu *contingens*, aliæ vero in corpore existentes, mediante proximâ effectum produciunt, dicunturq; *αετιολογικαι*, *internæ & latentes*, aliæ tandem *αετιολογικαι* *primitivæ & evidentes*, quæ latentes in corpore causas excitare, atq; ita adfectui p. n. occasionem dare possunt. Nos ordine de singulis.

V. Proxima causa Cachexiæ est cacotrophia seu depravata nutritio. Non equidem hic in totum abolita est nutritio, sed nec aucta, nec propriè loquendo diminuta, (quamvis aliquo modo diminuta dici queat) per hoc n. ab *αργοφια* & tabe distinguitur, sed depravata; Idq; propter coctionem tertiam. Coquitur equidem id quod assimilari debebat partibus, sed insufficienter, unde adglutinatur quoq; neutiquam tamen ipsis perfectè ad similari vel in substantiam earundem converti potest.

VI. Hæc vero tertia concoctio potest lædi vel *vitiio partium*, vel *objecti*, seu quod eodem recidit, ob *errorem externum*. Vel n. ipsæ partes ita sunt debilitatæ ut succum alimentitium ad se delatum concoquere rite & elaborare non valeant, idq; ob frigidam aliquam & humidam intemperiem, sibi à quacunq; causâ impressam, vel quod frequentius contingit, succus ille antequam ad has partes devolvatur, vitium aliquod contraxit, & sic, quamvis rectè & secundum naturam se habeant partes, fit tamen, ut quia succus iste inproportionatus

natus est ad alendum corpus, nutritio depravetur, *oriaturq̄, potius nutritiois inquinatio, quam vera nutritio*, uti loquitur Dn. Sennertus *Inst. Lib. 2. P. 3. S. 2. C. 2.* Ubi tamen nec id diffitendum, fieri scilicet, ut si malum hoc diu protrahatur, ex continuo vitioso alimenti ad pulsu ipse etiam habitus corporis lædatur, & sic nutritio ob utramque causam depravetur.

VII. Sanguinis igitur vitio oritur Cachexia, cum sanguis vitiosus, crudus nempe, pituitosus, serosus ad habitum corporis amandatur, imò quandoq; aliquid bilis aut melancholici humoris cum hoc sanguine permixtum est, unde fit ut diversi in ægris observentur colores præternat. lividi nempe, cum virore albicantes, albi, pallidi, plumbei &c. Inquirendum ergo venit, ut ad causas antecedentes progrediamur, quâ ratione & quot modis ejusmodi vitium sanguis possit contrahere. Potest id dupliciter contingere; Vel n. bonus & laudabilis non generatur sanguis, vel generatur quidem, sed aliunde vitium capit. Non generatur sanguis ad alendum aptus, vel ob vitium materiæ, vel efficientis. Ob vitium materiæ, si chylus nimis crudus & minus rectè elaboratus facultati sanguificæ obferatur, sive talis ob læsam in ventriculo facultatem (facultatis nomen non sumimus cum Philosophis pro facultate vel potentiâ primâ, quæ est ipsius animæ, & prorsus lædi nequit, sed cum Medicis pro secundâ, quæ est dispositio ipsius organi quam multifariâ lædi contingit) ejusdemq; intemperiem, sive ob externum errorem in ventriculo talis evaserit. Cum n. ex quovis ligno non fiat Mercurius, nec patiens recipiat pro modo agentis sed ad modum lux receptivitatis, ut habet regula philosophica, fit, ut si chylus minus perfectè in ventriculo elaboratus, adeoq; crudus nimium ad ipsam sanguinis officinam protrudatur, læsam *χόλωση* ex necessitate sequatur læsa quoq; *αιμάτωσις* cum vitia primæ concoctionis non emendentur, multo minus tollantur in secundâ.

VIII. Ob vitium efficientis sanguis vitiosus evadit, si ipsa sanguinis officina imbecillitatem aliquam & pravam dispositionem contraxit. Sed quanam tandem proxima erit sanguinis officina? In contrarias hodie leinduntur opiniones Medicorum sententiæ. Aristoteles jam dudum *αιμάτωσι* à corde celebrari prodidit. Galenus ex alterâ parte, id officii Jecori tribuit, cujus sententiæ pleriq; hæctenus Medici assur

si affurrexerunt, sanguinemq; in hepate elaborari, ibidemq; venarum esse principium unanimiter docuerunt. Quamvis, utrum parenchymati hepatis, an vero venis in hepate dispersis id munus competat, inter eos non convenerit. Imo Hepati in societatem adjunxerunt Lienem, eundemq; tanquam spurium quoddam hepar sanguinem feculentiozem magisq; crassum, pro nutrimento tum sui ipsius, tum ignobiliorum in abdomine partium, ex crassiori & magis terrestri chyli portione elaborare autumarunt. Imo venis mesaraicis quidam si non perfectam chyli in sanguinem transformationem, aliqualem tamen quæq; quasi rudimentum sanguinis futuri sit, non denegandam autumarunt. vid. plures hac de re opiniones ap. Sennert. in Institut. Ingeniosissimus Harveyus utramq; rejicit sententiam; *Tantum*, inquit, *abest*, (quod in Aristoteles & Medici omnes adfirmant,) *ut jecur aut cor sit Autor & opifex sanguinis, ut contrarium plane ex ovi fabricâ in ovo aperte constat, nimirum sanguinem ipsum potius esse autorem cordis & hepatis.* de Gener. anim. Exerc. LI. p. m. 306. Eadem ferme habet Exerc. XIX. p. 148. ubi absonam vocat eorum sententiam qui jecur sanguinis officinam adserunt, eoque nomine inter præcipua viscera referunt, fabulamque de tribus capellis, vesicula nempe fictitiis acriter nimis defendunt, sed nec se his adsentiri profitetur, qui cor sanguis autorem reputant, quod sanguis corde prior sit, quam tamen Harveyi sententiam quoad ultimum membrum castigatam vide ap. Deusingium de Gener. Microc. pag. 141. Similiter contra Harv. pro corde pugnat Joh. Claud. de la Courvee de Nutrit. Fæt. in Ut. part. 2. cap. 8. Recentiores igitur Medici & anatomici in diversas abeunt opiniones: Postquam enim inventæ sunt lacteæ Acellii venæ, chylum ex intestinis exsugentes, quidam ad Hepar eas tendere, ibidemque chylum exponere, alii vero eundem ad cor eas deferre arbitrantur. Unde eorum quidam Hepati, alii cordi facultatem ἀμαρτογονικὴν alii utriq; visceri adscribendam ducunt. A. Deusingius cor pro adæquata sangvificationis officinâ habet, dissert. de mot. cord. & Sangu. sect. 1. à quo non abludit Pecquetus experim. nov. anatom. cap. I. Joh. van Horn, qui nullum ad Epar chylum traduci existimat; hinc ita loquitur: nov. duct. chylif. Atq; hoc est illud paradoxum, quod nihilominus certissimâ constat experientia, chylum mox ex intestinis cor ingredi.

ingredi, quidni? flatus ingreditur in demortuis, igitur & patebit chylo via in  
viventibus. Non abluunt ab hac sententiâ Mentellius, Petr. de Mer-  
cenne, Auzotius in Epistolis suis ad Pecquet. Conringius de sangu-  
generat. & mot. nat. cap. 34. Multa in hanc sententiam coacervat  
argumenta Johan Anton. von der Einden Med. Phys. art. 17. de us. cord.  
Kyperus etiam, quamvis Lib. 1. Univ. Med. Contr. cap. XIII. §. 40.  
Sanguinis elaborationem inchoari in Hepate & perfici in corde pu-  
ter, à qua sententiâ non multum abest Casp. Hoffmannus Comment.  
in Gal. de us. part. n. 308. post inventas tr. lacteas thoracicas sangui-  
ficationis opus in totum cordi debere putat Instit. Med. l. c. XL. §. 3. 1.  
Thomas Bartholinus seculi nostri decus & Anatomicorum facile  
Princeps, in Anat. suâ reform. pro Epate contra Cor cum Galenicis  
pugnat. Qui ipse tamen post inventum à Pecqueto Receptaculum,  
& animadversas à se lacteas thoracicas, putavit non omnes lacteas ad  
cor tendere, sed quasdam Epar ingredi. Hinc operas inter se partiri  
Epar & Cor existimavit, ut vel promiscuos humores alimentarios admit-  
tat uterq;, vel diviso munere hoc tenuem, illud crassum, vid. ejus historia  
Anatom. de lact. Thorac. c. 15. quam ipsam sententiam fusius explicat  
& diducit c. cit. & seq. Ubi non solum aliquot argumentis pro astru-  
endo Hepatis munere *αματοποιητικῶ* dimicat, sed & pro suâ sen-  
tentiâ Joh. Walæum, Joh. von Horn & Nathanael. Highmorum citat,  
imo addit, se ipsum ante paucos annos in Orbe pisce utriusq; sexus, non so-  
lum venas lacteas invenisse sæpius, sed verum in hepate insertionis locum  
semper controversum monstrasse plurimis viris in anasomia peritissimis,  
Wormio, Sperlingio, S. Pauli, Fuienio, Pouchio & c. Sed & cap. XVII.  
contra Pecquetum (Conf. defension. contr. Riol. p. 25.) Hepati Pur-  
puram detracturum disputat. Non possumus omnia adscribere ob  
temporis & chartæ angustiam. Post inventa verò nuper à se vasa  
lymphatica, sententiam animumq; prorsus mutavit, putatq; nullas  
lacteas ad Epar tendere, sed vasa illa quæ ex Mesenterio in Hepar inse-  
runtur, non esse venas lacteas, similes illis quæ in glandulas chylum eructant,  
sed esse vasa sui generis, quæ non ex glandulis lacteis ad Hepar, sed ex hepa-  
te ad glandulas illas non chylum, sed aquam sinceram vehunt, arbitratur,  
prout sententiam suam exponit, de vas. lymph. in brut. inv. Hinc Epa-  
ti munere significationis, quo hæctenus per tot secula præscriptionis  
quali jure gavisum, prorsus exuto, exequias it, cumq; eo Nobiliss.

Rolfinck, Præceptor meus non sine honoris præfatione non inanis  
*dissert. de hepate.* Excidit inquit Barthol. l. c. c. 8 hoc nō inuenio omni  
 sanguificationis spe tot seculorum adplausu detantatum hepar. Et ali-  
 bi, dum usum valorum lymphaticorum persequitur, hæc habet:  
*Falsas Anatomicorum opiniones de actione hepatis seu sanguinis consicien-*  
*di loco emendant,* (intellige vasa lymphatica) Nullo quippe jure Hepar u-  
 surpatam hætenus sanguinis generandi prærogativam amplig tueri potest,  
 quamvis pro se Apollinem haberet stantem, siquidem vasa lymphatica, que  
 pro venis lacteis falsò venditant, ex Hepate quidem progredi, sed ex eodem  
 liquorem limpidum referre animadvertimus, nihilq. chyli ex hac viâ He-  
 pati importari. Hinc cum gratiarum adicione officium suum cordi resignet,  
 quod injusto jure, Anatomicorum multorum adulatione & conniventia pos-  
 sedit. *de Vas. lymph. in hom. c. 4. p. 26. 27.* Unde ejus quoq. discipulus  
 Georgius Sægerus *Triumphum cordi, Epatisq. eo ipso tumultum erexit.*  
 Equidem, huic sententiæ obposuit se Riolanus, ad cujus ictus aver-  
 rendos Defensionem vasorum lacteorum & lymphaticorum edidit  
 laudatus Bartholinus, in quib. omnia fusius prosequitur. Cæterum  
 pro Hepatis majestate & juribus defendendis, iterum se armat non  
 solum Highmorus *Corp. hum. disqu. anatom. lib. 1. p. 3. c. 8.* uti ex  
 dictis constat, sed nuper etiam Jacob. de Baack, *dissertat. de Cord. &*  
*Anonymus quidam Gallus de viâ Chyl. & sang. mor.* Glissonus verò  
 Anglus, nec venas, nec cor, neq. Epar sanguinem fabricare, sed *solos*  
*spiritus vitales, vel etiam sanguinem sanguinis autorem pronuntiat. Ana-*  
*tom. Ebat. c. 35.*

IX. Ita nempe dissentiunt Medicinæ antistites. Nostrum equidem  
 non est hanc litem dirimere, nec id multum faciet ad præsentem no-  
 stram Andromachen. Id nobis sufficiat dixisse, quod adfecto præter  
 naturam Hepate sanguificationem lædi in Scholâ Medicorum hæc  
 tenus certum & indubitatum sit, imò verò nec ab iis, qui tumulum  
 Epatis fecerunt, negetur. Quibus itidem facile largiri possumus, cor,  
 de male adfecto sanguineam massam itidem vitiam posse contrahe-  
 re. Sed quid de Liene? Riolanus certè *Lieni potius quam cordi vicari-*  
*am hepatis functionem tribuendam* putat, utpote quæm periti anatomici  
 & Medici agnoscam vices hepatis subplere. Sed cum liene res jam vide-  
 tur judicata. Quippe cum à nullo Anatomicorum venarum lactea-

rum in lienem ingressus observatus fit, merito illud officium in totum huic visceri detrahatur, nihilominus tamen lienis ministerio in *ἀπορρώσει* opere opus esse, eoq; p. n. adfecto sanguificationem lædi, salvo cordis vel Epatis jure, arbitramur. Quicquid horum sit, male adfectum Epatis antecedentem Cachexiæ causam esse nulli dubitamus; Laborat autem Epatis aut intemperie quadam, aut morbo organico. Intemperies Epatis potissimum frigida, sive illa à causâ frigida, sive à calida (quippe morbos frigidos à calidis quandoq; causis oriri, apud omnes constat) ortum habeat, læsâ sanguificationis adeoq; insequentis mali habitus causa existit, quâ ratione vero ob frigidam Hepatis intemperiem *ἀσπύρατος* lædatur, id sicut secundum diversas hypotheses diversimode explicatur, ita ad hunc locum, id ostendere, propriè non spectat. Certum interim est, ob frigidam jecoris intemperiem, sanguinem crudum pituitosum serosumq;, atq; sic ad nutriendum ineptum prorsus evadere. Ejusmodi vero intemperiem frigidam hepatis aliquando proprio vitio contrahit, aliquando vero ab aliis visceribus hæc eidem communicatur. Quacumq; ratione eam contrahat, sanguinem, uti diximus, inquinari oportet. Galeni: 5. de loc. adf. 6. ita hac de re habet: *Ob refrigerationem jecoris sanguis in cibum mutari non potest, refrigerantq; cum illo totius corporis vena.* Organici hepatis morbi sanguificationem lædentes sunt potissimum obstructio, tumor, durities & scirrhus Epatis, in quantum per hæc mala aut ipsa sanguinis elaboratio depravatur, aut ea quæ à sanguine separari oportebat, non secernuntur, sed cum sanguine in totum corpore distribuuntur, atq; sic nutritioni incommodant. Possent tamen fieri, ut sanguis in officinâ suâ rectè elaboratus ob commissionem aliorum crudorum atq; impurorum humorum deinde vitiosus evadat, nutritionemq; lædat, non dubitandum videretur.

X. Caterum ob aliorum quoq; viscerum pravam dispositionem sanguinem vitiosum posse evadere, in confesso est. Præsertim a Lien hic læpissimè adcusandus venit, is cum frequenter obstructions à crassis, viscidis terrestribus & tartareis humoribus patitur, adeoque officio suo rectè funginequeat, ipsi sanguini vitium inferre potest, hinc non rarò etiam hydropis existit causa, illa so etiam hepate, teste Sennerr.

Sennert. *Prax. l. 3. p. VI. S. 2. c. 3. p. 710.* Fel. Platerus in hanc rem ita habet eo Solo, sanguificationem liene adfecto impediri, comprobari posse existimamus, quod hepate penitus sano tamen lien malè adfectus, sicuti sectio sæpig hoc patefecit, sanguificationis noxas enarratas ut & hydropem sepe præcreaverit. *Prax. tr. 3. c. 2. p. m. 89.* Similiter in hunc censum trahendum mesenterium, imò tumorem & exulcerationem renum aliquando Cachexiæ subministraffe fomitem observatum est. Præsertim autem huic trahendæ sunt obstructions uteri, utpote quæ frequentissimè hoc malum antecedunt. Quia verò istiusmodi viscerum & vasorum obstructions propter sanguinis impuritatem & crassitiem ut plurimum eveniunt, hinc plerumque vitium in sanguine jam subponunt, quamvis interim id malum omnino augeant. De menstruorum suppressione Plater. iudicat, *Cachexiam potius illorum defectus, quam menstrua suppressa cachexiæ causam esse. Tr. 3. c. 2. p. 87.* Quod effectum sicut à vero fortè non est alienum, ita nihilominus id universale esse non puto.

XI. Sunt qui capitis & cerebri culpâ, illa so etiam Hepate Cachexiam generari posse statuunt. A quâ sententiâ non procul abesse videtur Ferneli quando excrementorum cerebri Symptomata proponit *de part. morb. et Sympt. l. 5. c. 4.* Julius Cæsar Claudinus expressâ eam literâ profitetur *Empyr. rat. lib. 3. c. 10. p. 888. 889.* Illud, inquit animadversone dignum censetur, quod, cum etiam vitia cerebri similis evadat materia, non solum primò jecur insicit, sed & citra jecoris noxam partibus externis illam communicat, & paulo post: *Ceterum, quia malum hoc quandoq; provenire potest vitio capitis illa so jecore & contra &c.* Hanc tñ. sententiam cum Dn. Sennerto improbabilem iudico; quamvis interim cerebrum suas etiam hic partes agere, in totum non nego.

XII. Sed ut causarum compleamus ordinem, restant adhuc procatarrhici. Spectant huc in genere omnia ea, quæcunq; quovis modo habitum corporis refrigerandi & plus justo humectandi vim habent, vel quæcunq; ad id ut crudus pituitosus atq; serofus sanguis vel generetur, vel distribuatur ad corporis habitum, aliquid contribuunt, sive primam lædant concoctionem, sive secundam, sive quocunque alio modo concurrant. Aer igitur frigidus, crassus, borealis, iter per loca nivosa, mora in aquâ frigida, detentio in carceribus subterraneis,

B 2

tempus



tempus hybernū & quæ similem habent vim, non solum ipsum ha-  
 bitum corporis refrigerare, sed visceribus quoq; nutritioni dicatis in-  
 temperiem aliquam imprimere cum valeant, merito ad causas Ca-  
 chexiæ remotas referuntur. Sic ingluviæ & crapula, cibi crassi, duri,  
 difficilis coctionis & mali succi, visceri glutinosi & exsiccati, quive  
 multum aquei humoris continent, quales inter alios sunt lactinia,  
 caseus, fabæ, lentes, fructus horarii, vel alii etiam, præsertim imma-  
 turi, carnes fumo induratæ, pisces salsi, legumina, utramq; etiam hic  
 absolvunt paginam, præsertim si viscera nutritionis jam tum aliqua  
 laborent imbecillitate. Unde etiam senes propter viscerum imbec-  
 illitatem, pueri a. & fœminæ propter ingluviem sæpius hoc malo  
 tentantur. Et quidem virgines & mulierculas sæpius hic inpingere  
 constat, cum hæ non raro frumenta, gypsum, cineres, carbones, ce-  
 ram & alia absurda ad emendicandam formam soleant ingerere.  
 Nimia itidem potus ingurgitatio, vel etiam potus nimium refrigerans,  
 qualis est aquarum frigidarum & lacustrium, præsertim jejuno ven-  
 triculo haustus, id malum potest producere. Spectant huc etiam Me-  
 dicamenta refrigerantia, sive intus assumpta, sive exterius adplicata.  
 Imo vero hæreditariam aliquam viscerum imbecillitatem sæpen-  
 timo Cachexiæ causam existere, nulli dubitamus. Quod si n. qui ta-  
 bidâ stirpe sati sunt, omnes hæditario q. jure marcescunt, idq; malum  
 sæpe in omnes ejusdem familiæ ordine grassatur, testante Fernelio Pathol.  
 l. 5. c. 10. Si podagra, Epilepsia & alii morbi cum bonis paternis in filios  
 derivantur, quidni etiam viscera nutritioni dicata hæditarium ali-  
 quod vitium possent cõtraxisse Non abludit Francisc. Osw. Crembs  
 quando inquit: *Hinc aliqui propter esum fructuum pallidâ facie sunt,  
 vel propter parentum semina, unde integræ familiæ imbecilliori & rariori  
 Corporis contextu vel robustiori corpore donata sunt, hæ n. dissimilitudines  
 naturarum & diversitates cruoris dependent ex operâ archæi seminalis. ar-  
 bor. integr. & ruin. hom. lib. 2. c. 1. §. 6. p. 10, i. vid. Roder. de Fonseca  
 Consult. 98. Ex genere eorum quæ geruntur, huc spectant, vita otio-  
 sa, immoderatusq; somnus, in quantum per hæc excrementa non dis-  
 sipantur & sic calor nativus obruitur, vigiliæ nimiiq; labores, in quan-  
 tum calorem & spiritus dissipando imbecillitatem inducunt visceri-  
 bus, exercitationes immodicæ, aut consuetæ omisæ.* Inprimis a.  
 animi

animi perturbationes hic veniunt adtendendæ, præsertim curæ, tristitia, mærores ex inopinatis casibus, metus & consternatio, Amor, & si qui sunt similes adfectus, in quantum illi aut spiritus torpesciunt, aut dissipant, aut eorum ventilationi impedimentum obijciunt, & ita totum corpus refrigerare queunt. Possentq; de his plura dici, si per pagellarum angustiam liceret. Excreta & retenta suam etiam conferunt symbolam. Sic immodicæ sanguinis evacuationes, sive illæ per vulnera, sive per nares, uterum, hæmorrhoides vel quascunq; alias vias fiant, huic malo originem præbent. Exemplum Cachexiæ ex longo sanguinis fluxu & frigida potu habet Forestus *lib. 19. obs. 2. Obs. XIX. ejusd. lib.* exemplum adfert de Fœminâ, quæ a continuo per tres annos mensum fluxu in cachexiam, mox & in hydropem leucophlegmatiam incidit. Simile occurrit ap. Montagnanam *Consil. LVI.* Ex hæmorrhagiâ narium Forest. *Obs. XXV.* Ex nimia sanguinis per phlebotomiam evacuatione quendam in leucophlegmatiam incidisse refert Platerus *Observ. l. 3. p. m. 591.* sic à nimio sanguinis fluxu nautam in hydropem incidisse narrat Joh. Bapt. Cortesius *Pract. Med. Part. 2. cap. XXI. p. m. 248.* vid. Petr. Poter. *Observat. Cent. 3. cap. 35. & 97.* Imò prostant innumera fere hujus rei apud Practicos exempla. Sic & alterius materiæ evacuatio cachexiam potest inducere, ut in diarrhæa dysenteria, colico dolore, ut tradit Sennertus in *Med. pract. c. d.* Nec minus immodica Venus, præsertim in viris id malum procurare potest notante Platero. In his omnibus casibus excreta esse quæ retineri oportebat, liquet. Cæterum si ea retineantur quæ debebant excerni, idem orietur malum, sic suppressio evacuationis pituitosæ aut serosæ, omissæ consuetæ purgationes, suppressio hæmorrhoidum, & præsertim in virginibus viro maturis & mulierculis mensium suppressio, frequentissime hujus adfectus causâ existunt, quæ de re paulo post iterum dicemus.

XII. De causis hæctenus pro instituti nostri ratione, addam differentias. Insignem hoc malum cum aliis adfectibus alit convenientiam. A dysenteria hepaticâ secundum Lud. Merc. *de intern. morbor. Curat. libr. 4. c. 6.* in eo tantum differt, quod ibi sanguis ille crudior minusq; excocctus excernatur, hic vero in totum corpus distribuantur. Sic ab hydrope parvo hic adfectus distat intervallo. *Hepaticam dysen.*

dyſenteriam, malum corporis habitum & ſpecies hydropis hoc unum habens commune, nimirum ſecur in ſanguificationis munere vitiatum, imo vero eſſe hæc duo vitia præludium certiffimum hydropis, à quavis eius ſpecie ſolum differens, quod in hydrope intemperamentum illud frigidum in habitu eſt, haut ſecus quam in hæticâ febre calidum: At in malo habitu ſolum in fieri, nullam adhuc habens fixationem & permanentiam, ſcribit idem Mercat. l. c. Præviã hydropis diſpoſitionem eſſe Cachexiam ſcribit Joh. Bapt. Cortefius *Pract. Med. P. 2. c. XXI.* Et res eſt manifeſta. Quod ſi enim ipſa viſcera nutritioni dicata infirmitatem quandam jam contraxerunt, neceſſum eſt, eã diutius perſiſtente, cruditatem & cacochymiam ſemper fieri majorem, & proinde intumefcentiam ſenſim augeti, adeoq; vires magis magiſq; proſterni.

XIV. Sicut vero cachectici non eundem omnes colorem præſe ferunt, ita etiam ſanguis peccans non eodem ſemper modo comparatus eſt. Aliquando nimis eſt pituitoſus, & tunc cachexia facile ſucceſſu temporis abit in Leucophlegmatiam ſeu Hydropem Anaſarcam; Nonnunquam multum eſt ſeroſus, minaturque Hydropem, Aſcitem; Sæpe rugitus in hypocondrijs animã advertuntur; ſuntq; indicium iſtantis tympaniæ; Interdum ſanguis quodãmodo biliſus exiſtit, poteſtq; tunc facile malum in Icterum converti, aliquando Melancholicus evadit, & Icterum nigrum portendit, imò ſi atra bilis abundet, Elephanthiaſis etiam poteſt ſequi. Non raro tamen plures differentiæ conjunguntur. vid. de his quæd. ap. Franciſc. Feyneum *Med. Pract. lib. 4. c. 21. conf. Hieron. Capivacc. Pract. l. 3. c. 19.*

XV. Cachexia prout variis partibus, adfectis originem ſuam debet, ita ob hanc cauſam varias etiam poteſt ſortiri differentiã. Quæ ipſa tamen, cum exiis quæ de cauſis modo diximus, facili negotio poſſint colligi, conſulto eas omittimus. Id unum tñ. notandum ducimus, quod licet ratio æ ſexus, faminiæ quam viri frequentiq; hoc malo tenentur, ita præcipue virginibus viro jam maturis, eo tempore quo menſtrua primum debebant erumpere, ex obſtructionibus vaſorum uteri hic ipſe adfectus ſuperveniat. Imo nonnunquam poſtquam jam menſtrua paſſæ ſunt, ex eorundem ſuppreſſione id malum oritur. Peculiare in faminis ſortitur nomen, Græci  $\chi\lambda\alpha\sigma\sigma\iota\upsilon$  vocant, Latinis nunc febris alba, ob conſpicuum faciei alborem, nunc

nunc febris amatoria appellatur, forte propter eandem rationem  
juxta tritum: *Palliat omnis amans, color hic aptus amanti*, vel et-  
iam, quod virginibus jam viripotentibus, præsertim verò pul-  
chrioribus hic adfectus frequens sit, causam redditam vid. ap.  
Lud. Mercat. de virg. & vid. adfect. lib. 2. c. 6. vel, quod Venus inter re-  
media hujus adfectus multum valeat. Quamvis a. febris vocetur,  
non semper tñ. cum febre conjungitur, aliquando v. febricula lenta  
adest. Aliis adpellatur *læteritia alba*, alii generaliter *morbum vir-  
gineum*, & pallidos sædosq; virginum colores vocant.  
Verum uti diximus, non solum virginib9, sed & viduis, imò iis quoq;  
quæ in conjugio vivunt, quamvis his rarius, id mali potest accidere.  
Fitq; cum crudi, lenti ac pituitosi humores ad uterum descensuri, ob  
vasorum angustiam vel obstructionem ad vasa majora regurgitant,  
& sic universam sanguinis massam vitiant & refrigerant, loletque hic  
adfectus in virginibus ut plurimum à præpostera crudorum fructu-  
um, imò non raro rerum absurdarum ingestione ortum habere. For-  
te etiam nimia thoracis contractio, ut scil. graciliores adpareant, hic  
aliquando concurrir. Late hunc adfectum persequitur Lud. Mercat. d. l.

XVI. Cæterum antequam ulterius progrediamur, notandum  
venit quosdam cachexiam dispescere in Exquisitam & Notham. Ex-  
quisitam dicunt, quando sanguificatio læditur ob læsam facultatem,  
seu ut pleriq; explicant, quæ ortum habet ab intemperie frigidâ he-  
patis. Notham eam dicunt, quæ à pulmonum hydrope ortum trahit.  
Alii tñ. in genere notham eam dicunt, quæ ab errore externo profi-  
ciscitur, seu ubi sanguificatio ob errorem externum depravatur.

XVII. Verum à quibusnam morbis ortum habeat Cachexia  
vel quibus cum conjungatur, signa optimè manifestant, nempe dia-  
gnostica, sicut ex prognosticis futurus mali status scitur. Cachectici  
equidem facile nulloq; negotio cognoscuntur. Etenim cum adfectus  
hic coloris sit mutatio, & quidem in partibus exterioribus, ipsis inno-  
tescit oculis, utpote quorum objectum color est. Ob sanguinem  
quippe crudum pravumq; vivido corpus exuitur colore, alienoque  
pro vitio sanguinis inficitur. Nam *humorum color, nisi in profundo cor-  
poris se receperint, velut in cute efflorescere conspicitur* juxta Hippocr.  
l. de humor. & Galen. l. 4. de tuend. valet. Prout igitur color nunc hoc,

nunc

nunc illo modo mutatus conspicitur, ita nunc pituitam, nunc serum, nunc melancholiam, nunc bilem abundare monstrat. Imò non visu solum, sed & tactu dignoscuntur Cachectici, ob mollitiem & submuditatem partium carnosarum.

XIIX. Cum verò nutritio in Cachecticis depravata sit, excrementis etiam malihujus vestigia inprimi, nullum est dubium. Urina igitur redditur cruda, inconcocta, alba & aquosa, nisi fortè ex admittance humoris alicujus alterius tincta magis evadat, imò pauca etiam solet reddi, materià ejus in totum corpus distributà. Per alvum quæ excernuntur chylosa excrementa, cruda & inæqualia conspicuntur, multa tñ. quæ excerni debebant, retinentur, unaq; cum sanguine in habitum corporis distribuuntur, partesq; inflant, & in levem aliquem tumorem extollunt. Sudores pauci aut nulli solent erumpere, idq; vel ob frigiditatem, aliquando & visciditatem & lentorem materiæ, vel etiam ob debilitatem caloris, qui humorem non potèst resolvere, tum quoq; ob partium imbecillitatem, quæ excrementa non possunt expellere. Et hinc etiam propter humorum cruditatem & Spiritus inopiam aut debilitatem spontanea cachecticis obyènit lassitudo, suntq; ægri ad omnes tum corporis tum animi motus lenti & inepti, faciliq; negotio defatigantur, adeoque exercitia consueta & labores non ferunt.

XIX. Sed & minus expedita est respiratio, præsertim à motu aut adscensu ad loca altiora. Dispncea hæc fit, vel quia viæ illæ per quas respiratio fit, ab humore lento & viscido obstruuntur, angustioresq; redduntur, vel quia humores diaphragmati incumbunt, ejusdemq; motui incommodant, sed & musculos abdominis aliquando suas hic præstare operas non dubitamus. Pulsus ut plurimum observatur parvus, rarus, tardus, mollis, idq; tum ob facultatis imbecillitatem, spiritusq; languidos, tum ob arteriæ laxitatem, ejusdemque ab incumbente humore compressionem. Aliquando tñ. ob alia accidentia pulsus alio quoq; modo se habere posse non negamus.

XX. Quin etiam gravitas & compressivi in hypochondriis non raro observantur dolores, certissimi obstructionum hepatis lienis & mesenterii indices. Aliquando tormina & rugitus in ventre & hypochondriis percipiuntur, adeoq; flatuum sive ob cruditatem materiæ  
& ca-

& caloris imbecillitatem, siue alias ob causas proventum uberiorem significant. Nonnunquam Cardialgia ægros infestat, dum humor acris & salsus superius ventriculi orificium lancinat. Hinc sitis quandoq; adest, à vapore ex salsâ materiâ elevato & os ventriculi irritante, Cortes. *Part. 2. p. 63.* vel potius, ab ipso sero falso ori ventriculi incumbente. Aliquando verò nulla profusus sitis adest, sed os pituitâ madet, notante etiam Foresto, in suis observationibus *L. XIX. obs. 5.* Adpetitus in principio quidem non solet esse prostratus, progressu tñ. temporis auctis cruditatibus cibi adcedit fastidium, diminuiturq; adpetitus, nonnunquam is in virginibus, præsertim cum ex obstructione mensium malum id ortum habet, vel cum eo conjungitur, depravatur, dum nempe absurda & esui minus idonea adpetere solent. Somno aliquando profundo detinentur, aliquando immodicis exercentur vigiliis ægri.

XXI. Solet frequenter humor serosus ad artus, utpote à caloris foco remotiores, præsertim ad pedes descendere. Fitq; tunc tumor œdematosus, qui digitis cedit, & inpressum retinet vestigium. Solet in principio circa vesperam delassatis pedibus conspici, noctu verò re collecto per somnum calore iterum disparere, progressu verò temporis perpetuus est, tuncq; instarem jam hydropem minatur. Sic quoq; gravitas & tumescencia palpebrarum à somno solet accidere, nonnunquam etiam scrotum & inguina pruritu molestantur vel intumescere incipiunt, nec abest hic certissima hydropis suspicio. Imò nonnunquam accidere solet, ut per assiduas pustulas aut ulcera summa cutis exasperetur, prout ex Celso refert Fr. Feyneus *Pract. Med. L. IV. c. 21.* Et quod mireris, istiusmodi pustulas & vesicas in ipso Epate inventas, refert Platerus, non possum quin adscribam ejus verba: *Vesicas tenuissimas, perlucidas, aquâ distentas, pòmi magnitudinem nonnunquam æquant, majores interdum, interdum minores hepatis substantiæ adcrevisse in cachecticis dispositis ad hydropem, uti & hydropem ascite mortuis, sæpe inveni, sed & similis ex Hepate & Liene simiæ quam plurimas citra sectionem expressi, integrasq; manibus excepi, seroso humore subrubro refertas, aliasq; citrinâ aquâ turgentes è bilis vesiculâ exemi &c. Observ. libr. 3. p. m. 596.*

XXII. Hæc sunt potissima signa, quæ cum hoc malo complicantur. Quamvis non omnia statim ubiq; cumulentur. Quod ad signa causarum adinet, utrum scil. Ventriculi, Hepatis vel alterius partis vitio sanguis vitium contraxerit, id ex iis quæ præcesserunt, colligi debet. Ita an à pravo  
C  
alimen-

alimento adsumpto, vel ab externâ aeris aut aquæ injuriâ, ab aliquo morbo, ex consuetis evacuationibus retentis, vel in modicis &c. adfectus originem ducat, ex ipsâ ægri relatione optimè cognoscitur. Ita si febris lenta adsit, prout sæpe contingere solet, illa ex suis propriis signis innotescit. Eadem ratione si alii adfectus quandoq; cum hoc jungantur, prout non raro fit, ii per propria sua signa se produnt.

XXII. Quoad prognosin, utrum evasurus sit æger nec ne, optimè discipote potest ex collatione virium morbi cum viribus naturæ. Si vires nimium sint prostratæ, viscerumq; tonus à statu naturali longè recesserit, ut & si cachexia pulmonis hydropè sequatur, aut aliquem morbum acutum, vel etiam alicujus visceris scirrhum confirmatum, aut apostema, tunc ferè incurabilis existit, progressuque temporis in aliquam hydropis speciem transit. Si malum adhuc sit in fieri, viscerumq; tonus nondum eversus, curationem admittit, præsertim in ætate florente. Inprimis vero si ab errore tantum externo oriatur, ita ut nulla visceribus dyscrasia impressa sit, facili negotio tollitur. Ea vero quæ aliquando à lue venereâ provenit, sequitur ingenium suæ causæ.

XXIV. Hactenus ea quæ ad adcuratiorem adfectus nostri cognitionem facere videntur, expeditimus, restat, ut quâ ratione is submovendq; & extirpandus sit, inquiramus. Cumq; Medicina in ablatione & additione consistat, duo erunt generalia indicata, nimirum ipsas causas malum hoc producentes vel foventes eradicare, & partibus læsis, ut pristino restituantur vigori, subvenire. Cum verò continuata sæpius sit causarum series, unaq; ab alterâ pendeat, ea primò amovenda est, quæ ortu prima, investigatione verò postrema inventa est, ab hac sensim ordinatimq; ad cæteras, postremò ad morbum cachexiam proximè producentem, progressus fiat. vid. Fern. Meth. Med. l. i. c. 4. Nisi fortè aliquod urgens symptoma curam ad se primam avertat, conf. c. 6. cit. libr. Primò igitur loco causæ externæ & procatarcticæ, à quib. scil. internæ excitantur & foventur, amoliendæ erunt, idq; facit eam medicinæ pars, quam diæticam dicim⁹, in quantum in regimine sex rerum nonnaturalium occupata ea est.

XXV. Aer igitur eligatur calidus & siccus, vitetur humidus, palustris vel pluviosus effluviis inquinatus, vestibusq; probè muniatur æger ad versus frigoris injurias. Victus imperetur tenuis, surgatq; æger à mensâ cum fame & siti, nisi fortè ob virium imbecillitatem ex aliqua sanguinis profusione liberalius nutriendus veniat. Cibi sint boni succi & facilis coctionis,

nis, possuntq; parari ex omnium volucrum genere, quæ sylvas & montes, non aquas incolunt, ex carnibus animalium salubrium, quales sunt vervecinæ, hædinæ, vitulinæ, ex piscibus item saxatilibus, à cæteris n. abstinentum ducimus. Possuntq; cibi omnis generis aromatis, ut zinzibere, cinamomo, croco, galangâ &c. conditi, vel cum radicibus petroselinî, asparagi, pimpinellæ, & similibus, cum semine anisi carvi & aliis id generis parari. Julcula loco salis communis (si scil. adsint viscerum & vasorum obstructiones) Sale absynthii, artemisiæ, melissæ, ceterach, cum propriis aquis extracto, itemq; crystallis & Cremore Tartar. conditi poterunt. vid. Schröd. *Querc. rediv. tom. 3. Consil 7 p. 211.* Igitur cibos concoctum difficiles, quique aliquam cruditatem post se solent relinquere, æger quam maximè devitet. Tales a. sunt carnes robustiorum animalium, præsertim sale conditæ & fumo induratæ, pisces, casei veteres, lacticia, bellaria, fructus horarii & si quid his est simile, quod scil. crassos, crudos, lentos, corruptos, aut tartareos humores generare aptum natum est. Nonnunquam interim pro re natâ, omnibusq; circumstantiis probè ponderatis, æger consuetudini litandum arbitramur, cum longo tempore consuetata etiam si deteriora, insuetis soleant esse meliora. Porus sit paucus, vinum tenue & odorum, aut cerevisia clara. A frigidâ, ut & cerevisiâ turbidâ & recentis potu æger prorsus se absteineat. Exercitiis utendum levioribus, utpote deambulationibus, gestationibus, frictionibus per sicca linteola. Nonnunquam etiam inunctiones, balnea, præsertim aluminosa & nitrosa, conducunt. Consuetæ evacuationes si sponte non procedunt, arte proritandæ, inprimis verò, ne alvus officio suo malè fungatur, cavendum. Somnus sit moderatus & nocturnus. Virentur nimis vigiliæ, animus ab impetuosioribus adfectibus liber sit, præsertim verò fugienda est nimia tristitia, & quicquid huic adfines est. Conducit moderatâ hilaritas, aliquando prodest & ira, sed quæ modum non excedat. Virginibus cachecticis Hippocrates ut viro jungantur, suadet. Conf. etiam hac de re Plat. *prax. tr. I. c. 14. p. m. 623.*

XXVI. Verum non sufficit causas externas debellasse, sed & internas adgredi oportet. Remedia ad id ex fonte Chirurgico & Pharmaceutico depromuntur. Chirurgia præsertim subpeditat phlebotomiam, generosum in pluribus malis remedium. Sed an in Cachexiâ vena secanda sit nec ne, inter Practicos non convenit. Adfectus ipse VS. per se non indicat. Nihilominus si à suppressâ consuetâ evacuatione ortum trahat,



sanguisve turgeat, non omninò à venæsectione abstinendum duco, primis tñ. viis per cathartica prius expurgatis. Sed an brachii, an verò mal-  
leoli vel tali vena aperienda? Certè si à mensum subpressione malum  
provenit, posterior eligenda, debetq; secari eo tempore, quo alias ordi-  
nariè menses instare solent. In hæmorrhoidum subpressione Venæse-  
ctionis vices hirudines sustinebunt. Id tñ. hic notamus, paulatim &  
partitis vicibus sanguinem esse detrahendum, non vero simul & semel.  
Sed an cucurbitularum etiam hic usus est? Scarificatas non suadem⁹,  
non scarificatis aliquando uti possunt ægri. Cauteria etiam & vesicatoria  
non adeo in hoc adfectu probantur. Cauteria, vesicatoria in tibiis & cru-  
ribus excitata, cum scarificationibus pessima & funestissima experti sum⁹  
semper, scribit Petrus Poterius *Observ. & cur. cent. 2. c. XXXIX.*

XXVI I. Pharmaceutica varii generis præsidia exhibet, prout nempe di-  
versa id postulant indicationes. Ad duo a. hic respiciendum esse constat,  
ut scil. quicquid superfluum est & naturæ molestum, exturbetur, & deinde  
viscera nutritioni dicata & facultas vitalis corroborentur. Per quas vias  
humor crudus evacuandus sit, si quærat, putamus id per alvum cõmo-  
dissime fieri, ita tñ. ut reliquæ tum per urinæ vias, tum per sudores excer-  
ni debeant. Si in primis viis crudus & pituitos⁹ humor stabuletur, emeticis  
quidam utuntur, vomitumq; vel indito digito, vel aquâ rapidâ cum sale,  
Syrupis & aquis emeticis, sale vitrioli vomitorio & his similibus excitât.  
Alii tñ, à vomitu hic abstinendum putant; *Laudant aliqui vomitum, sed  
aliàs à nobis improbatum est, propter incommoda quæ secum adfert, nisi sponte  
à natura provocetur,* inquit Francisc. Sanchez. *de morb. intern. lib. 3. cap. 17.*  
Nobis in hoc negotio ad tria respiciendum videtur, ad naturam scil. hu-  
moris peccantis, ventriculi constitutionem, ægriq; tolerantiam & con-  
suetudinem. Cathartica Medicamenta strictè sic dicta sub variis formis  
possunt concinnari, debentq; hoc in casu potissimum ex purgantium fa-  
miliâ eligi phlegmagoga & hydragoga, si nimirum quod hæctenus credi-  
tum est, diversa medicamenta diversos humores trahendi vim habeant.

Sic e. gr.

R. Extr. diacarth. Scr. i.	vel	R. Extr. pill. coch. Scr. i.
Resin. jalapp.		diafenn. Scr. s.
Mag. gumm. gutt. an. gr. iij.		Troch. alhand. gr. iij.
Conf. ros. dr. s.		Cum Syr. byz. f. pill. n. XX.
M. F. bolus.		Consp. pulv. spec. arom. rosar.

Vel

Vel, si forma placet liquida, decoctum vel intusum ex Rhabarb. fol. Senti  
Alex. Turp. Sem. Carth. & similibus paratum propinabis. Vel etiam vinum  
aliquod purgans. Formulæ in libris Practicorum exstant copiosissimæ.

XXI IX. Si adstant humores lenti viscosi ac glutinosi, illi prius præparan-  
di sunt, idq; calc facientibus attenuantibus, incidentibus, si obstructiones  
adsunt viscerum & vasorum, aperientibus, in antecessum tolli debent,  
hodie tn. plerumque cum istiusmodi præparantibus & deobstruentibus  
purgantia miscentur, idq; non infelici subcessu, selectiora in hoc ordine  
habentur Medicamenta, Syr. de ablynth. capill. veneris, de 2. & 5. radicib.  
byz. Confer. abs. cochlear. chamædr. Essent. abs. centaur. min. chamædr.  
cochl. Spir. Tart. Vitriol. Nitri, aperitivus Penotti, Spir. Sulf. Mixtura  
simplex, Sal. abs. Card. bened. cætaur. min. Cremor. & Cryst. Tart. Tartarus  
Vitriol. & alia quam plura, ex quibus variæ medicamentorû formulæ pro-  
re natâ concinnari possunt, quibus aliquando, uti diximus purgantia pos-  
sunt addi: Ex. gr.

R. Mixt. simpl. dr. ii.

vel

R. Cremor. Tart. dr. ii.

Essent. cochl.

Tart. Vitriol. dr. s.

Chamædr. an. Scr. s.

Ref. Jalapp. Scr. s.

Misce ad vitr. S. Eröffnende Mixtur.

M. S. Eröffnendes sapier Pulver

auff drey mahl.

In primis verò hoc in casu commendantur medicamenta ex chalybe, eaq;  
sub variis exhibentur formis. Vinum chalybeatum, vid. ap. J. Querceta-  
num, Schröderi operâ redivivum, *Pharmac. c. 13. p. 316. cap. autem 19. de-*  
*scribit pulverem suum cachecticum, de quo dicit, vidisse se in curandis*  
*omnibus cachexiis mira istius pulveris experimenta, nec ejus usum spem*  
*de optimo curationis progressu conceptam fefellisse. Laudatur in pri-*  
*mis etiam crocus Mart. & essentia Mart. aperitiva. Chalybis usum magnos*  
*lienes & lapidasas uteri durities promptè liquari, vidisse se scribit Lud.*  
*Merc. de virg. & vid. affect. & ut. morb. c. 18. p. 613. Idem Scorzonera radi-*  
*cem egregie obstructiones expedire memorat. Laudatur & sequens pul-*  
*vis, qui R. Spec. diatr. Sant. diarrhod. Abb. an. dr. s. diamargar. frig.*  
*Coriandr. præpar. an. Scr. ij. Raf. ebor. C. C. ust. præpar. an. Scr. j. Tere-*  
*binth. in aq. fenic. coct. Ammoniac. an. dr. j. Semin. anif. fenic. Ci-*  
*nam. an. dr. s. Sacch. cand. unc. j. Misce f. pulvis, cujus dosis Scr. ij. vel dr. j.*  
*Tragea etiam ad Adfectus Hepatis Quercetani, quam p. 423. d. l. propo-*  
*nit, utiliter potest usurpari. Vel etiam hæ Tabellæ quas proponit Riverius,*  
*R. Cha-*

*Prax. Med. l. 6. c. 3. quæ*

R. Chalyb. præpar. cum Sulf. unc. s.

Conf. Alkerm. dr. ij.

ambr. gris. Scr. j.

Sacch. in aq. naph. & ros. dissol. unc. iiij.

F. Conf. in Tab. cap. unc. ij. singul. mane.

Possunt etiam ex chalybe pillulæ purgantes concinnari, cum omnino per vices purgatio hic instituenta sit, formulam quandam v.c.l.

XXIX. Verum hæc Medicamenta chalybeata utiliter etiam adhibentur in illâ Cachexiæ specie, quæ cum obstructione vasorum uteri, & mensium suppressione cõjungitur, in hac cachexiâ virginicâ sequens Electuarium maximè commendatur, quod

R. Limat. chalyb. opt. præpar. dr. vj.

Cinam. nuc. mosch. an. dr. iiij.

Rhabarb. el. dr. ij.

Spec. arom. ros. dr. vj.

Mell. opt.

Sacch. albiss. an. unc. xv.

M.f. l. a. Electuar. cujus dosis unc. s. post universal. purgat.

Vid. Petrus Monav. in Epist. Med. Laurentius Scholtz, qui à Ducis Bavaricæ Medico, qui se multa centena eo lucri fecisse, & pro secreto habuisse, dixerat, sibi communicatum adserit. Idem Horat. Augen. in epist. Med. valde commendat, It. Solenander in Consil. Theodoric. Aquarius, Rodericus à Castr. in mulier. morb. Possunt hoc in casu utiliter etiam adhiberi Extracta Aristoloch. rot., gentianæ, Syr. de Artem. comp. Sal & ol. Sab. Troch. de myrth. fac. bryon. Aron. & alia quam plura. Unum adhuc ex Riverio & aliis notandum, in omnibus medicamentis chalybeatis hoc perpetuo observandum esse, ut post eorum adsumptionem, deambulatione corpus exerceatur, (si scil. id vires ægri ferant) ut hujus beneficio Medicamenti vires in actum melius deducantur, ac in partes obstructas transmittantur. Jonston. lib. X. Id. Med Pract. commendat aquam ex nucibus juglandibus recentibus in taleolas dissectis, in vino albo per viginti quatuor horas maceratis, destillatam, Saccharo canario dulcoratam & ad solem per aliquod dies expositam, & unc. iiij. pondere insequente exercitio sumtam.

XXX. Si flatu hypochondria distendant carminativa Medicamentis sunt adjicienda, qualia sunt aq. carminativæ officinales, Essentia Zedoar.

doar. Spir. Junip. Ol. Cort. aurant. &c. vel per clysteres flatus sunt discutendi, idq; Elect. de bacc. laur. Ol. Chamom. aneth. rutac. & similibus. Sed & urinæ quandoq; ciendæ & sudores pro vocandi, idq; plerisq; supra allegatis medicamentis fieri potest, quib. prout fert occasio alia etiam admisceri poterunt ut antimoni. diaph. lap. bezoar, pulv. bezoart. Senn. Sal. C. C. volatil, Rob. ebul. Samb. Theriaca, Mithridat. &c.

XXXI. Durities & tumor hepatis & lienis si adsit, externa etiam seu topica medicamenta possunt adplicari, ut sunt emplastr. diachyl. maj. de meliloto, bacc. laur. de cicutâ &c. possuntq; in hanc rem plura parari. Emplastr. & Cataplasmata verò ubi aperiendum est, non valde sibi probari adserit Fr. Sanchez, cum potius obturent, probat igitur magis olea, qualia sunt v. gr. Ol. abs. amygd. amar. oleum in quo Hepar lupi incisum coxerit, Nardin. Cheirin. & alia plura, quibus regio hepatis & lienis possunt inungi. Aliquando etiam decoctis quibusdam hæc regiones foventur, nonnunquam & facili adplicantur. Horum materia videatur apud Practicos.

XXXII. Tumor pedum oedematofus, si curatâ cachexiâ suâ sponte non recedat, discutatur calefacientibus & siccantibus. Laudatur fofus ex vino in quo chamomæl. infusum, addito Sale & alumine. Possunt etiam fieri lixivia transcolata per cineres communes, vel sarmentorum vitis aut ligni Quercus, Ilicis, Fagi, Salicum, Ficus, vel ossium combustorum. Plater. Prax. tr. 3 p. 296. Qui ipse aliquot etiam hanc in rem proponit cataplasmata.

XXXIII. Dum hæc aguntur, summa adhibenda est cura, ut viscera nutritioni dicata spiritusq; vitales roborentur. Quod ipsum partim per Medicamenta superius enumerata fieri potest, partim etiam per alia adpropriata, Cardiaca, Stomachica, &c. quorum materia ubiq; est obvia. Petrus Poterius insigniter extollit specificum suum Stomachicum, quo ipso multos jam desperatos sanitati se restituisse gloriatur, nec non sulphur suum Metallorum, quod cum Croco Martis & conservâ Rosarum miscet. Virginum myriades ait se numerare posse, quas perfecte à mensum subpressione & cachexiâ liberaverit, aliquas solo specifico Stomachico. cap. XLV. Centur. 3. Obs. & Cur. Conf. c. XLII. c. XXXV. cap. 98. Cent. 2. c. 75, c. 71, c. 12. Quod ipsum tamen suum specificum Stomachicum quale sit & ex quib. constet, non expressit Autor. Aliquando etiam, si cerebrum compatiatur cephalica possunt addi. Verum hæc omnia non possumus ita singularim persequi. Id unum receptui canentes

tes

tes adhuc notamus, si cachexia ab intemperie quadam calidâ jecoris vel  
lienens ortum habeat, quod tamen rarius contingit, proposita supra me-  
dicamenta frigidis appropriatis posse temperari, qualia sunt cichorium  
endivia, lactuca Syr. rib. berber. Succ. gran. citr. & similia.

PARERGA.

- 1. Aquam illam cui innatat in Utero Embryo, pleriq; pro urinâ & Sudor  
re ejus habent. Hi ipsi tn. nimis frigide de hac aquâ judicant.
- 2. Fætum in utero materno per os etiam alimentum admittere, jam du-  
dum docuere, Democritus, Epicurus, cumq; iis Hippocrates. Nec  
hæc sententia tam absona est, uti cuidam videtur, qui ex Anatomia  
inperitiâ veteres eo stultitiâ progressos esse, autumat.
- 3. Lac qui ex sanguine generari autumat, insignes quarunt naturæ cir-  
cuitus.
- 4. Unâ die naturali tantum per intensilem transpirationem evacuari,  
quantum per alvum quindécim dierum cursu, non est probabile, quic-  
quid sit de calculo Sanctorii.
- 5. Falsum est Struthionem ferro nutriri.
- 6. Animas brutorum in morte totius a corpore separari, certum equi-  
dem est & concessum. Utrum vero illæ annihilentur, an aliquo modo  
superstites maneat, ex philosophiâ naturali certo sciri nequit. Utraq;  
tamen sententia probabilibus nititur rationibus.
- 7. Hirundinibus & Ciconiis sub aquis brumæ tempore latitantibus inest  
anima & vita. Ipsos etiam homines per aliquot horas aquis immer-  
sos, proque mortuis extractos, si modo recte tractentur, ad se redire  
observatum est.
- 8. Pneumatica distincta est à Metaphys. scientia.
- 9. Denarius Prædicamentorum numerus, sicut canitie suâ venerabilis  
est, ita solo præscriptionis jure se tuetur.
- 10. Hic Syllogismus: Quicquid non est animal, non est homo, Planta  
non est animal. E. Planta non est homo, habet minorem negantem.

S. D. G.




Anno LII. à Parente domum vocatus est, & qua  
 dictam Academiam repetere, præter expectationem  
 succedebantur obstacula. Stetinum igitur reperit, ut,  
 rari fortuna non concedebat, eruditorum nihilomi-  
 sumorum Medicorum conversatione uteretur. I-  
 ibidem Juventure ad aperienda Collegia Philosopho-  
 torum instantiis deesse noluit, adeoque præterito q-  
 traque Philosophiæ parte aperuit collegia lectoria  
 lectissimâ Auditorum frequentia. Ante tres sep-  
 ingressus est Rhodopolin, & exantlatorum hæc  
 honores scilicet in Medicina, Summos & privilegia  
 ambiit. Nos honestæ ejus petitioni deesse nec vi-  
 Vitæ enim laudabiliter actæ & cum virtute traductæ  
 merces. Dicitur itaque dies est Examinis, quo ex omni  
 diligentissime eum examinavimus, inque eo satis-  
 ne omnino deprehendimus, feliciter illum Med-  
 bibisse, & titulum Doctoralem honeste & juste pet-  
 qui in publicum prodeat, & quam intra privatos pa-  
 probavit eruditionem, coram facie Academiæ pu-  
 Hunc in finem Disputationem de CACHEXIA in a-  
 datus exhibet. Ad cujus publicam & placidam ven-  
 Dnum Rectorem, omnes omnium Facultatum Pro-  
 centiatis, Divini verbi præcones, Magistros, Nobi-  
 Studiosos, omnesque Literatos, Literatorumque Fa-  
 modo, reverenter, officiosè, & humaniter invito,  
 diem XXIX. Julii, horis matutinis & postmeridianis  
 frequentes convenire, quidque in certamine hoc  
 experiri haud dedignentur. Erit hoc Facultati, to-  
 rum acceptissimum, & Dn. Candidato honorificum  
 legii Medici nomine id genus similia, & quæ præ-  
 possunt officia, lubentissimo animo pollicemur, ol-  
 apse magis quam verborum prolixitate

P. P. Rostochii, sub Sigillo Facul-  
 die XVIII. Julii, Anno clō loc









sum exitio exercere conantur. Maximi  
 sunt ii, qui diligenti & assidua meditatione  
 ne earum rerum, quæ ad bene medendum  
 feliciter assequendum necessario requiruntur  
 optimo artis habitu instructi tandem a  
 suscipere, & suorum laborum præmia accipiunt.  
 Eorum numero etiam est Eximius, Clarissimus  
 Dn. M. GEORGIUS FRIDLICH, Medicinæ  
 Candidatus, cujus vitæ tunc paulò altius  
 repetere præsens orator Natus est Dammi  
 in Pomeraniâ Anno seculi XXXII. M. GEORGIUS  
 RALLEN, Ecclesiæ Dammensis Pastore, Me-  
 d. DORFIA. Sub Moderatoribus Scholæ patriæ & præ-  
 transegit annos tredecim, ibidemq; non solum  
 fun- & initia Græcæ, sed & Rhetorices, Orator-  
 iæ & Logice annos natus Stetinum. in Scholam  
 Senatoriam à P. supremam classem receptus est,  
 in quâ integro anno Ao. seculi XLVI. in  
 illustre Pædagogium Stetinense in integro  
 triennio commoratus, ad studia Philosophicâ  
 fertim Virorum Clariss. Dn. M. JOHANNIS MICHAELIS,  
 & Dn. M. JOACHIMI Gronnen / hodie S. Theol. Lic.  
 bitâ quoq; ante discessum Disputatione Philo-  
 sophicâ te conscriptâ. Imo verò hic initia  
 Medicinæ cepit se KIRSTENII, Med. D. &  
 Prof. Regii celeberrimi. Anno septendecim  
 ex arbitrio parentis in academiâ Salan-  
 per sesquiannum commoratus, utriq; studio,  
 philosophicam operam impendit, inq; hoc  
 Præceptores habuit Academiae Professores,  
 GUBERNERUM ROLFINCK, GOTTFRIEDUM  
 & CHRISTOPHORUM SCHELHAMMERUM. Anno LI,  
 contulit, ibidemq; Summi in Philosophiâ  
 honores anni per Virum Ampliss. & Excellentiss.  
 Dn. ANDREAM Orient. Profefs. P. celeberrimum,  
 & tunc temporis Philosophicis Spectatissimum,  
 ipsi collati sunt. Præceptores inprimis  
 habuit JOHANNEM SPERLINGIUM, CHR. POMPEJUM,  
 viros undiquaque famigeratissimos; In-  
 stitutum BANTZBRUM, CONRADUM VICTOREM  
 SCHNEIDERUM, NERTUM, Medicinatum Doctores  
 & Professores in

digni  
 gatio  
 medicu  
 missa,  
 curam  
 unct  
 itera-  
 A L  
 n cur  
 alat  
 re GE  
 UIEN  
 oribus  
 latinæ  
 decim  
 q; ejus  
 tracto,  
 bidemq;  
 ne præ  
 & Prof.  
 uit, ha  
 o mar-  
 GEORGII  
 natus  
 demq;  
 ico ul-  
 os illi  
 EBIIUM,  
 gam se  
 dicti  
 lingg.  
 collegii  
 philoso-  
 NICOL.  
 Augu-  
 M SEN-  
 rimos.  
 Anno

